



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

rum, constitutionum, & consuetudinum, ac de defectu intentionis ejusdem Sedis Apostolicæ cognoscere possunt, cap. 14. de refor. sess. 24.

80 Decimononò in † omnibus monasteriis monialium Episcopis non subjectis Sedis Apostolicæ auctoritate, Episcopi clausuram visitare possunt, & ubi clausura violata fuerit, ut restituatur, ubi vero fuerit inviolata, ut conservetur, debent procurare, inobedientes, & contradicentes per censuras ecclesiasticas, aliatq; pœnas, quacunq; appellatione postposita, compelendo. concil. Tridentin. in cap. 5. sess. 25. de regul. & monial. & cap. 1. de statu reg. in 6.

81 Vigesimò monasteria, † quæ sub immediata Sedis Apostol. protectione, ac direktione regi confuerunt, tenentur quolibet triennio se in congregationem redigere, ibique certas regulares personas deputare ad formam capit. in singulis de statu monach.

Quod si in his negligentes fuerint, Metropolitanus eorum negligentiae tanquam

Sedis Apostolicæ delegatus, supplere potest, & h, Metropolitano instantे, satisfacere non curaverint Episcopis in quotam diœcesis monasteria sunt sita, tanquam Sedis Apost. delegatis, subduntur, ut c. 8. de reg. & moniale. ead. sess. 25. in pœnam negligentium observantiam regulæ, quam servare tenentur, ut in cap. exiit, de verb. signific. in 6. & in clement. 1. eod. titulo.

Vigesimo primò possunt † etiam Episcopi ex dispositione sacri concilii Tridentini cap. 8. de reform. sess. 22. tanquam Sedis Apostolicæ delegati, legatarios cogere ad soluendum legata relictæ à testatoribus, juxta formam dicti cap. 8. etiam, si sint officiales sanctæ Inquisitionis, & ob id exempti à jurisdictione Ordinariorum, vel professores in aliqua Universitate ratione litterarum conservatoriarum, quæ eximunt à jurisdictione ordinaria, non autem à delegata à Sede Apostolica, ut per sacr. congreg. fuit decilum super eosdem, cap. 8. in decis. sub titulo. PATAVINA, & in 5. consuetudine etiam.

DE COLLATIONE BENEFICIORVM

Cap. III.

S V M M A R I V M.

1 Collatio beneficiorum de jure communni Episcopis competit, quounque tempore videntur.

2 Collatio beneficiorum regulariter hodie

Episcopis in quatuor duntaxat mensibus spectat.

3 Collatio beneficiorum rigore alternative ad Episcopos in sex mensibus est concessa.

4 Ab-



- 4 Alternativa Episcopi non residentes gaude-re non possunt.
 § Alternativa est Episcopia cum dictione ex-
 xativa vere, & personaliter dunta-
 xat concessa.
 6 Clausula sublata, &c. removet faculta-
 tem alitir interpretandi.
 7 Collatores in conferendis beneficijs finis
 facultatis servare debent.
 8 Legis auxilium frustra querit, qui in le-
 gem committe.
 9 Episcopi quando abesse non dicantur.
 10 Beneficiorum pluralitas semper fuit odio-
 sa.
 11 Episcopus, quando habenti unum benefi-
 cium alterum conferre possit.
 12 Episcopus, an posse ad duo beneficia sub
 eodem tecto dispensare.
 13 Papa scientia in collatione plurium bene-
 ficiorum pro dispensatione habetur:
 14 Aetas ad obtinendam beneficia, que re-
 quiratur.
 15 Dispensare non potest Episcopus super etat-
 us defectu.
 16 Dispensatio super decretu concilii Tridentini
 sibi Papa est reservata.
 17 Episcopi ordinaria auctoritate quibus be-
 neficia conferre possint.
 18 Tempus ad promovendum, statutum est
 unius anni.
 19 Beneficia regularia regularibus, & secu-
 laria secularibus sunt conferenda.
 20 Canonicatus ecclesiarum collegiarum,
 quibus conferendi.
 21 Canonicatus ecclesiarum collegiarum
 conferri possunt juxta iuris communis
 dispositionem.
 22 Exterio in legibꝫ correctoriis licita non est.
 23 Parochiales per obitum vacantes prævio
 concursu, sunt conferenda.
- 24 Examinatores pro exploranda idoneita-
 te ad beneficia obtainenda, quomodo eli-
 gendi, & num. 25.
 25 Examinatores occasione examini nihil
 accipere possunt, alioquin simonia cri-
 men committunt.
 26 Collatio eccl[esi]a parochiali, prævio ex-
 mine, ab examinatorebus in synodo
 dioecesana non deputatis, est nullus.
 27 Parochiali eccl[esi]a vacante, quomodo in-
 terim de vicario sit providendum.
 28 Edictum pro concurso parochialium, quo-
 modo providendum.
 29 Arbitrium Episcopi, in tempore edicti pu-
 blicati prorogando, ultra alios decem
 dies extendi non potest.
 30 Examine peracto in concurso, & tem-
 pore elapsi, si alius veniat, non est ad-
 mittere.
 31 Concursus coram quibus fieri debeat.
 32 Eligentes bonum ad parochiale, qui me-
 liorem eligere possunt, peccant.
 33 Examini, & approbati in concurso ad
 parochiales, qui preferendi.
 34 Electio magis idonei in concurso, non ad
 examinatores, sed ad Episcopum spe-
 citat.
 35 Examinatorum vota, quomodo sint expla-
 nanda.
 36 Appellatio non datur à reprobatione ex-
 minatorum, sed tantum à mala Ordin-
 ariorum electione.
 37 Appellare quando licet à mala electione.
 38 Collationes parochialium contra formam
 sacri concilij facte sunt nullæ.
 39 Parochiales jurisdictionatus laicorum
 per concursum conferri non debent.
 40 Parochiali, de cuius jure patronatu du-
 bitatur, quomodo sit conferenda.
 41 Patroni ad presentandum habent laici

C 6 2 qua-



- quadrimestre', & clericis semestre
tempus.
- 42 Parochiali iurispatronatus ecclesiastici
vacanti quomodo providendum.
- 43 Electio magis idonei spectat ad Episcopum
per concursum, etiam si institutio ec-
clesie parochiali spectet ad inferiorem
collatorem.
- 44 Parochiali ad institutionem, seu præsen-
tationem capituli vacanti, quomodo sit
providendum.
- 45 Institutione parochiali ad capitulum
spectante, Episcopus digniorem eligere
debet.
- 46 Ius patronatus iustum sortitur naturam
iurispatronatus ecclesiastici.
- 47 Posidens fundum indivisum cum pupil-
lo gaudet privilegio pupilli.
- 48 Privilegium ecclesie in indivisis transit
in laicum.
- 49 Parochiali ecclesie, cuius oblatio ad in-
feriorem collatorem spectet, vacanti,
quomodo providendum.
- 50 Parochialis ab inferiori collata forma
concurfus omisso, provisio est nulla, &
collatio Sedi apostolica reservatur.
- 51 Parochiali ecclesia vacante, cuius infe-
rior habet præventionem, quomodo pro-
videndum.
- 52 Parochiali ad inferiorem collatorem spe-
ctante, si vacet, electio vicecurati donec
de rectore provideatur, ad Episcopum
spectat.
- 53 Concursum facere non potest Abbas, etiam
si iura quasi Episcopalia habeat, licet
nisi nullius diœcesis.
- 54 Concursum quando facere possit Abbas
nullius diœcesis.
- 55 Edicto concursus publicato, si unus tantum
examina se præsentaverit, solus debet
examinari.
- 56 Edictum pro concursu habendo, bis proþa-
ni non debet.
- 57 Parochiales, quibus de causis sine con-
cursu conferri possint, & 63.
- 58 Parochialium collationes. Episcopi infra
sex menses sacere tenentur, alias col-
latio devolvitur ad Papam.
- 59 Parochialibus vacantibus in mensibus pa-
pa reservatis, quomodo providendum.
- 60 Institutio præsentatorum ad parochiales,
quando devolvatur ad superiorem.
- 61 Conferre possunt Episcopi beneficia va-
cantia per simplicem permutationem,
- 62 Parochialibus vacantibus causa permu-
tationis, an examen requiratur.
- 63 Parochiales, quibus casibus, sine examino
conferri possint.
- 64 Parochiali si quomodo minus idoneis con-
ferri possint.
- 65 Permutatione beneficiorum pro parte
non completa, an pars lesa veniat re-
stituenda.
- 66 Resignationes quibus ex causis Ordinariorum
admittere possint.
- 67 Beneficia per resignationes in manibus
Ordinariorum factas vacantia, quibus
personis conferri non possint.
- 68 Beneficia per resignationem vacantia
personis prohibitis conferentes, & illa-
recipientes, graves penas incurront.
- 69 Parochiali per simplicem resignationem
vacante, familiaris Episcopi ad concur-
sum non est admittendus.
- 70 Absolvere potest quilibet sacerdos ap-
probatus in articulo mortis à quibus
cunque casibus reservatis.
- 72 Magnus Magister, & alij ordinis S. Io-
nu Hierosolymitani sunt veri Ordina-
rij.
- Magnus Magister, & alij ordinis Sancto-



- rum Mauritiū, & Lazaris sunt versi
Ordinarij, ib.
- 72 Collatio auctoritate ordinaria facta, est
magis privilegiata, quam collatio facta
rigore privilegiorum.
- 73 Collatio auctoritate ordinaria à collatio-
ne vigore privilegiorum facta, quomo-
do differat.
- 74 Magnus Magister quilibet quinquennio
unam commendam cuiuslibet Prioratus
conferre potest.
- 75 Injuriam nemini facit, qui suo uultur jure.
- 76 Magnus Magister habet collationem ca-
merarum magistralium.
- 77 Commenda camerae Magistralis per
assumptionem ad Episcopatum va-
cant.
- 78 Beneficia vacantia in curia Romana sunt
specialiter Sedis Apostolicae reser-
vata.
- 79 Magnus Magister ordinis S. Ioannis Hiero-
solymitani, beneficia ejusdem re-
ligionis in curia vacantia conferre
potest.
- 80 Beneficia ordinis Hierosolymitani non
cadunt sub reservationibus Aposto-
licis.
- 81 Hospitalia de jure communi non compre-
henduntur sub reservatione Apostolica.
- 82 Decima Papalis impositio non exten-
ditur ad hospitalia.
- 83 Exceptio firmat regulā in non exceptuatis.
- 84 Verba: quacunque, & quibusvis: sunt
generalia, que nihil excludunt.
- 85 Clausula sive alio quovis modo vaceat: ca-
pit quemcunque modum vacandi.
- 86 Feudum regulariter ad descendentes ma-
seulos legitimos, & naturales tanum
transit.
- 87 Feudum regulariter non venit in resti-
tutione fideicommissi universalis.
- 88 Feudum receptum pro se, suisque heredi-
bus & successoribus quibuscumque,
transit testamento ad extraneos ha-
redes.
- 89 Totum, & pars eodem debet jure censeri.
- 90 Beneficia vacantia per obitum officialium,
& familiarium magni Magistri, sunt
eadem magno Magistro reservata.
- 91 Magnus Magister, & conventus regulari-
ter conferunt fratribus commendas.
- 92 Piores, & Castellanus empoſta, quando
commendas conferre possint.
- 93 Prioratus, quot commendas habeant.
- 94 Piores, Baiulivi & singuli commenda-
tarii beneficia auctoritate ordinaria
conferunt.
- 95 Presbyteri seculares beneficia ordinis
Hierosolymitani obtinere non possunt.
- 96 Possessione suā nemo privari potest sine
causa cognitione.
- 97 Parochiales ecclesia ordinis Hierosolymi-
tani, praevio examine, corā Episcopis
sunt conferenda.
- 98 Ordinis Sancti Ioannis Hierosolymitani
persona, & bona sunt exemplia à juris-
dictione quorumcunque.
- 99 Magnus Magister, & Conventus ordinis
Hierosolymitani habit merum, & mi-
stum imperium in personas, & bona
ejusdem ordinis.
- 100 Collationes, Bullæ, scientia, & litteræ
magni Magistri exequi ubique possunt,
nullo desuper expectato consensu.
- 101 Conservatores à religione Hierosolymita-
na, qui eligi possint.
- 102 Conservatores regulariter tribunal ere-
ctum habere, & ultra quinqueannum
litterarum conservatoriarum beneficie
gaudere non possunt.

C. 3. Confere-



- 103 Conservatoria pluribus non fuerunt sublatæ, nec immunitæ.
 104 Conservatores, quando eligi possint à regularibus.
 105 Visitare possunt Episcopi parochiales ordinis Hierosolimitani in pluribus.
 106 Episcopi, in quas personas ordinis Hierosolimitani jurisdictionem exercere possint.
 107 Privilegia ordinis Hierosolimitani, quibus non suffragentur.
- 108 Privilegium concessum monachis super immunitatem tutelæ non suffragatur si vagentur.
 109 Beneficium datur propter officium, sed ob fornicationem dimittens, amittit beneficium.
 110 Parochiales conferuntur, ut parochi resident, & ob non residentiam sunt privandi.
 111 Beneficia dantur, ut ecclesiæ inserviantur, & excommunicato proventus sunt subtrahendi.

EPISCOPI † de jure communione non solum habent jurisdictionem contentiosam, de qua supra cap. 16. pluribus egi, sed & in conferendis beneficiis suarum civitatum, & diœcesum, habent jurisdictionem fundatam, quod ad eos spectet collatio, & institutio omnium beneficiorum, cap. nullius omnino, 16. quæst. 7. & Abb. in conf. 106. num. 3 lib. 2. & ordinaria auctoritate amplam habebant facultatem, quounque tempore vacarent, illa conferendi, glos. in cap. quanquam. in verb. devolvetur, vers. ut igitur, & verb. secus, de elect. in 6. & Staph. de grat. expectat. §. 1. num. 1. & num. 28. sed per constitutionem: *Ad regimen, & Execrabilis, & alia iuranova*, fuit illis limitata.

Unde regulariter † beneficia in quatuor mensibus, videlicet Martij, Junij, Septembris, & Decembris duntaxat vacantia ab Ordinariis locorum possunt conferri. Staph. de tract. de grat. expect. numer. 6. & reg. cancell. Clement. Papæ VIII. reg. 6. cuius vigore possunt Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi ampliori † prærogativa gaudere, cum vigore alternativæ, quæ eis tribuitur, quandiu apud ecclesiæ, aut diœceses suas vere, ac personaliter re-

sident, duntaxat in sex mensibus, videlicet, Februarij, Junij, Augusti, Octobris, & Decembris beneficia vacantia conferre possint, postquam per patentes litteras manu propria subsignatas, suoque sigillo munatas, & in sua quisque civitate, & diœcesi data, declaraverint, alternativam prædictam acceptare, & litteras ipsas ad Datarium Papæ transmiserint, quibus ab eo receptis, & in Dataria recognitis, tunc demum, & non antea, incipiunt eadem gratia alternativæ gaudere, ut in ead. reg. §. insuper.

4 Alternativa † non acceptata, vel Episcopo ex aliqua causa non residente, in prædictis quatuor Martij, Junij, Septembris, & Decembris mensibus conferre potest, sed ea acceptata, alio jure utitur, quia alternatis mensibus, videlicet, de vacantibus in dictis Februarij, Aprilis, Junij, Augusti, Octobris, & Decembris mensibus facultatem habet conferendi, nec tunc, nisi apud suam ecclesiam, vel in diœcesi residens reperiatur, etiamsi absens ex causa suæ ecclesiæ necessaria, vel Sedis Apostolicæ esset, quia alternativa conceditur residentibus cum dictione taxativa, vere, & personaliter duntaxat, quæ excludit, & negat.